

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Savanter Diöcese.

Inhalt: I. Piae consociationis sacrae Familiae regulae. — II. Privilegia sacerdotibus in societatem a sacra Jesu infantia adscitis in perpetuum confirmata. — III. Decretum S. C. R. et Univ. Inquisitionis ddo. 10. Martii 1893. — IV. Dankschreiben des Apostol. Pronuntius in Wien ob der Feier des päpstl. Bischofsjubiläums. — V. Erlaß der k. k. Statthalterei in Graz, betreffend die Quittungen zur Hebung der Collecturablöschungsbeträge. — VI. Erlaß des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht in Betreff der Verrechnung der Landesgoldmünzen der Kronenwährung. — VII. Erlaß der k. k. Statthalterei in Graz in Betreff der Legitimation der Kinder im Auslande getrauter Eltern. — VIII. Warnung der k. k. Central-Commission für Kunst- und historische Denkmale in Wien vor Veräußerung kirchlicher Alterthümer an herumreisende Kunsthändler. — IX. Classification der Zöglinge des f.-b. Knabenseminars pro 1891/92. — X. Diöcesan-Nachrichten. —

I.

Piae consociationis sacrae Familiae regulae.

I. FINIS. — In brevi Apostolico *Neminem fugit*, a Sanctissimo D. N. Leone PP. XIII, die 14 mensis Iunii 1892 pro universo terrarum orbe promulgato, habetur, Piae Consociationi a S. Familia id esse propositum: „Familias christianas aetiori pietatis nexu Sacrae Familiae devincire, vel potius omnino devovere, eo etiam consilio, uti scilicet Iesu, Maria, Ioseph familias sibi deditas tamquam rem propriam tueantur et foveant“ —; quare omnes, quicumque ad eam pertinent societatem, oportere contendere ut „inter se colligatis fide mentibus, caritate voluntatibus, in amore Dei atque hominum, vitam ad propositum exigant exemplar“. — Ad haec facilius certiusque assequenda, Cardinalis vice sacra Urbis antistes, ab Ipso Pontifice Maximo Leone XIII Consociationis universae Praeses electus datusque Patronus, audito coetu a consiliis, haec quae sequuntur servanda decrevit.

II. ADIMPLENDA MUNERA. — a) Cardinalis Praesidis erit, coetus virorum a consiliis, quando Ipsi opportunum videbitur, indicare eisque praesesse, litteras ad Episcopos dioecesanos, pro suis quemque negotiis, itemque paginas aggregationis atque eiusmodi alia subscribere. Eiusdem erit parocciarum numerum ac familiarum, recipere, quare per varias orbis regiones in Piae Consociationis album fuerint adscriptae. Sacris coetibus ac religionis solemnibus, quae a Pia Consociatione celebrari in urbe contigerit, vel Ipse praecerit, vel alius ab Eo sufficiens antistes. Sui denique muneris erit, de omnibus, quae piam hanc Societatem spectent, per consiliarios suos edoceri, praesertim in iis, quae ab his possent ex officio fieri, vel quae aliquam difficultatem praeseferre videantur.

b) Trium (quorum alter est a secretis pro tempore S. Rituum Congregationis), quos Cardinalis Praeses sibi adscivit, urbanorum Antistitum erit diligenter conventibus interesse, suam sententiam dicere, significare Praesidi si quid noverint Piae Societati profuturum, in omnia, quae ad huius bonum referantur, sedulo incumbere.

His accedit Sacerdos, qui fungatur munere Secretarii Piae Societatis, ad id electus a Cardinali Praeside. Huic curae erit, graviora, quae in conventibus occurrant pertractanda negotia, adnotare; quae ad rei incrementum collatura duxerit, proponere; scriptis edendis a Pia Consociatione vigilem navare operam; de omnibus ac singulis communicare cum Praeside, ut et necessaria adprobatione et duplici subscriptione muniantur.

Porro Sacerdos a secretis adsciscere sibi in auxilium, poterit alium Presbyterum, a Praeside adprobandum qui Secretarii vices adimpleat. Ad eum itaque pertinebit dandas ad Episcopos aliosve

litteras exarare eorumque epistolis rescribere, prout a Cardinali Praeside fuerit edoctus, cui et Secretario postea tradet subscribendas. Penes ipsum erit pluteus, sive archivum, quo scripta, libellos, sacras imagines, aggregationis paginas et alia eiusmodi servabit in usum Sodalium, prout Piae Consociationis consilium constituerit. Agendas sibi expensas ipse describat et Praesidi referat, cui etiam rationem reddet.

III. EXTRA URBEM. — *a*) Episcopi dioecesani erit aliquem e suis Sacerdotibus, quantum fieri possit digniorem, eligere ad munus Moderatoris, huius studium excitare in bonum Piae Consociationis quo alacriorem operam in omnibus, quae ipsum spectaverint, afferat; sedulo advigilare: ab ipso electo Moderatore de omnibus velle doceri quae ad Piae Consociationis bonum referantur.

b) Ad dioecesanum Moderatorem pertinebit Moderatores parochiales opera et consilio iuvare, ut pari alacritate ac prudentia sese in omnibus gerant. Ab unoquoque eorum saepe numerum et nomina exquiret familiarum, quae Piae Consociationi fuerint adscriptae, de quibus edoceri deinde possit. Neque harum modo, sed et nomina descriptorum paroecciarum in tabulis recensenda curabit; mox earum exemplar ad Urbem mittet.

c) Paroecciarum Rectores singuli Moderatoris officium inter oves sibi creditas assumant obeantque. De suae quisque Consociationis negotiis cum Moderatore dioecesano communicet, cuius auctoritate, consilio, opera iuvare possint. Familias paroecciae in sociorum numerum adscisci cupientes in tabulas referet, palamque Moderatori dioecesano faciet. Quotannis, stato die, paroecciae familias recensere studebit novasque, si fieri possit, in album Societatis inseribendas curabit. Quo autem Sacrae Nazarethanae Familiae cultus honorque foveatur magis, sermonem interdum de Pia Consociatione ad oves suas habeat, quum in festis peculiaribus Domini, Deiparae ac S. Iosephi, tum maxime quum Sodalium pactum erit solemniter renovandum, vel etiam quum in parochiali Ecclesia religiosam aliquam eiusdem S. Familiae solemnitatem celebrari contingat, quam et indicere et dirigere prudenti eius arbitrio relinquatur. Idem, si opportunum videbitur, auxiliares viros ac mulieres moribus et pietate praestantes in parte laboris adsumat, qui rei provehendae omni studio dent operam.

d) Delecti ex utroque sexu rei provehendae, alteri inter viros, alterae inter mulieres, ab suo edocti Parocho, in Piae Consociationis incrementum magno studio prudentiaque incumbant, adhibitis, quae ad rem sunt validissima, precibus, hortationibus, virtutum exemplis. Praeterea in omnibus, pro quibus eorum opera uti Parochi in Domino iudicaverint, dociles omnino se praebeant.

IV. SERVANDA A FAMILIIS ADSCRIPTIS. — *a*) In honorem Nazarethanae Familiae studeat quicumque ei dederit nomen similitudinem aliquam earum virtutum adripere, quarum Iesus, Maria, Ioseph praeclarissima in terris exempla prodiderunt, quum omnibus, tum maxime iis, qui labore manuum victum quaerunt. Sed ad illas in primis animum adiiiciant, quae sanctitatem domesticae societatis spectant, uti sunt mutua caritatis officia, praesertim inter coniuges, filiorum recta institutio horumque obedientia et obsequium in parentes, pax et concordia domi aliaque huiusmodi. Itaque a vitiis omnino caveant, ab iis maxime quae singularem infamiae notam Christiano homini inurant, quaeque Ipsi Sacrae Familiae iniuriam videantur afferre praecipuam, cuius generis sunt impia verba aut obscena, ebrietates, incompositi mores, hisque similia.

b) Ad Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta solemnioribus saltem anni diebus pie accedent, praesertim quo die Familiarum consecratio renovabitur.

c) Ecclesiae praecepta, in tanta morum demutatione ac corruptela tam parvi habita, suaviter observari curabunt, ea potissimum ex quorum custodia aliis bona exempla derivant uti auditio sacri festis diebus, abstinentia, praescripto tempore, a cibis vetitis, aliaque eiusmodi.

d) Peculiari honore celebranda curabunt festa Piae Consociationis propria, quae plenaria indulgentia a Summo Pontifice fuere didata, in primisque solemnem constitutum diem in honorem Sacrae Familiae, qui dies erit per universum orbem Dominica infra octavam Epiphaniae, quo simul, nisi aliter expedire Moderatoribus parochialibus in Domino visum fuerit, ritus consecrationis renovabitur.

e) Dent operam ut, semel saltem in die, ante Sacrae familiae imaginem communes fundantur preces, in quibus praecipua ratione commendatur Rosarii in honorem Deiparae recitatio.

f) Pietatis exercitationes, quas diximus, enixe commendantur iis, qui ad Piam Consociationem pertinent, nullatenus tamen eorum onerata conscientia.

Datum Romae ex Aedibus Vicariatus, Dominica infra Octav. Epiph., die 8 Ianuarii 1893.

L. M. Card. Vic., Praeses.

C. Mancini a Secretis.

II.

Nonnulla privilegia sacerdotibus in societatem a sacra Jesu infantia adscitis jam alias ad tempus concessa in perpetuum confirmantur.

Leo PP. XIII

Ad perpetuam rei memoriam. Humani generis Ecclesia parens cum de omnibus filiis suis aequae sit sollicita, et pari caritate singulos complectatur, tum praecipuo quodam misericordiae sensu respicere solet ad infantes pueros, qui ex parentibus orti Evangelicae lucis expertibus, rerumque omnium inopia plerumque vexatis, vel ab ipsis incunabulis in gravissimo et vitae et salutis aeternae discrimine versantur. Materna haec caritas non nova quidem neque inusitata est in Ecclesia, sed tradita est ei et quasi haereditate transmissa ab auctore Jesu Christo, qui mortalem dum vitam vixit pueros mirifice dilexit, et nunquam passus est eos ab se prohiberi. Quapropter non mirum est si Romani Pontifices summopere diligere omnique studio semper fovere soliti sunt quaecumque ad juvandam puerulorum salutem sunt in Ecclesia sancte instituta. Haec inter jure meritoque peculiarem Pontificum benevolentiam sibi comparavit, eximiaque apud omnes opinione floret Societas, quae Parisiis ad incolumitatem et bonum, Sinensium praesertim, puerorum, coaluit, sacra Jesu Christi infantia nomine et auspicio felix. Hujus exordia cum Nos memoria repetimus, suavi quadam jucunditate et delectatione perfundimur. Quum enim faustis sed parvis exorta est initiis, Nos, qui apud augustum Belgarum Regem Apostolica Legatione fungebamur, omni studio prosequuti sumus, omni, qua potuimus, ope juvimus; salutare enim jam tum visum est Nobis opus, plenum humanitatis et caritatis. Nunc vero Apostolicae Dignitatis, Deo volente, ad fastigium eveci Societatem sacrae Dei Infantiae et sociorum numero et recte factorum laude florentem veteri amore complectimur, et laetamur eam quinquagesimum natalem suum eodem hoc anno, quo Nos consecrationis Nostrae, celebrare. Quamobrem cum jam studium Nostrum in hac Societate provehenda anno tertio Pontificatus Nostri confirmaverimus, libet nunc in fausto hoc eventu perpetuum illi dilectionis Nostrae impertire testimonium. Propterea votis etiam obsecundantes dilecti Filii Nostri Vincentii S. R. E. Cardinalis Vannutelli universae istius Societatis Patroni nonnulla privilegia dictae Societati ad tempus alias concessa perpetua esse volumus. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus et singulis Sacerdotibus in quibuslibet Societatis Consiliis, directoribus, praefectis seriei duodecim sociorum, et qui vel aere proprio consuetam duodecim sociorum eleemosynam persolverint, vel juxta Apostolicam concessionem diei XV Julii MDCCCLXXXV statuta pecuniae vi semel soluta, inter socios, perpetuos nuncupatos, cooptati fuerint facultatem facimus de respectivi loci Ordinarii consensu (quem nisi quisque eorum obtinerit hujus privilegii concessionem nullam esse volumus) in forma Ecclesiae consueta privatim benedicendi, extra Urbem, Cruces, Crucifixos, sancta Numismata, Coronas precatorias, et parvas Domini Nostri Jesu Christi, Bmae Virginis Mariae, Sanctorumque ahenas statuas cum applicatione omnium et singularum indulgentiarum, quae in elencho edito typis S. Congregationis de Propaganda Fide die XXIII Februarii MDCCCLXXXVIII numerantur, et quod ad coronas precatorias attinet non excepta Indulgentiarum applicatione, quae a S. Birgitta nomen habent, dummodo ipsi sacerdotes ad sacramentales confessiones expiendas sint rite approbati. Praeterea omnibus et singulis sacerdotibus superius enumeratis, ut quaecumque sacrosanctum Missae sacrificium pro anima cujuseumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad quodlibet Altare celebrabit, Missae sacrificium hujusmodi ter tantum singulis hebdomadis animae seu animabus,

pro qua seu pro quibus celebratum fuerit, perinde suffragetur ac si ad privilegiatum Altare fuisset celebratum auctoritate Apostolica indulgemus, dummodo tamen alio simili indulto non fruuntur. Insuper eisdem Presbyteris supra dictis facultatem tribuimus, eujus vi ipsi, dummodo sint confessarii ab Ordinario approbati, nec non praevia ejusdem Ordinarii licentia (quae si desit hujus privilegii concessio nulla sit) consueto ritu benedicere et fidelibus imponere valeant scapularia Confraternitatum SSmae Trinitatis, B. M. V. de Monte Carmelo, et Septem Dolorum, nec non Imm. Conceptionis ejusdem Deiparae Virginis cum communicatione privilegiorum et indulgentiarum, quibus adscripti memoratis sodalitatibus fruuntur et gaudent, sed eis tantum in locis in quibus non extent conventus Ordinum Religiosorum ad quos ex speciali privilegio Apostolicae Sedis pertinet praefata Scapularia benedicere et imponere. Tandem singulis Presbyteris, quos superius memoravimus, ut de respectivi Ordinarii consensu (quem nisi consequantur hoc indultum nullum decernimus) Christifidelibus in mortis articulo constitutis si vere poenitentes et confessi ac S. Communionem refecti, vel quatenus id facere nequiverint saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienti animo susceperint, Benedictionem Apostolicam Nostro et Romani Pontificis pro tempore existentis nomine cum plenaria omnium peccatorum suorum indulgentia et remissione impertire possint, servatis tamen ritu et formula a Benedicto XIV decessore Nostro praescriptis facultatem concedimus et indulgemus. In contrarium facientibus, etiam quoad Indulgentias ad instar, non obstantibus quibuscumque. Praesentibus valituris in perpetuum. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die III Februarii MDCCCXCIII. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

L. † S.

S. Card. Vannutelli.

III.

Decretum Feria VI, die 10 Martii 1893.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a Sanctissimo Domino nostro Leone Papa XIII Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, mandavit et mandat in Indicem librorum prohibitorum referri quod sequitur Opus a Sacra Romanae et Universalis Inquisitionis Congregatione damnatum atque proscriptum Decr. fer. IV, Die 1 Martii 1893.

C. Maggio. — Pio IX accusato dai nemici di Rosmini. — Piacenza, Tipografia F. Solari di Gregorio Tononi 1892; sub hoc etiam alio titulo: C. Maggio. — Leone XIII si può accordare con Pio IX nella causa Rosminiana? — Alla venerata memoria di Antonio Stoppani. — Lecco, Tipografia del Commercio dei Fratelli Grassi, Via Cavour, N. 15, 1893.

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedictum Opus damnatum atque proscriptum, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut editum legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus illud tradere teneatur, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus Sanctissimo Domino nostro Leoni Papae XIII per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 10 Martii 1893.

Camillus Card. Mazzella Praef.

Fr. HYACINTHUS FRATI O. P.
a Secretis.

L. † S.

Die 13 Martii 1893 ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Vincentius Benaglia Mag. Curs.

IV.

**Dankschreiben Sr. Eminenz des Apostol. Pronuntius Kard. Alois Galimberti in Wien
ob der Feier des päpstlichen Bischofs-Jubiläums.**

Auf meinen unterm 24. Februar d. J. an die Hochwürdigste Apostolische Nuntiatur in Wien erstatteten summarischen Bericht über den Verlauf der Feierlichkeiten und über die katholische Ueberzeugung, mit welcher allenthalben in der Diöcese die Erinnerung an das goldene Bischofsjubiläum Seiner Heiligkeit Papst Leo XIII. begangen wurde, erhielt ich unterm 2. März d. J. Nr. 5518 von Sr. Eminenz dem Cardinal Moisius Galimberti, Apostol. Pronuntius in Wien, nachstehendes Schreiben, welches ich hiemit meinem hochw. Diöcesanclerus mit freudigem Herzen vollinhaltlich mittheile.

Excellentissime ac Reverendissime Domine!

Mei duxi esse officii statim certiozem reddendi Sanctitatem Suam de solemnitatibus quibus fideles Lavantinae Dioceseos Jubilaeum Summi Pontificis celebrarunt.

Pergrato vero nunc fungor munere Excellentiae Vestrae repandendi consolationis ac paternae satisfactionis sensus quibus afficiebatur Sanctissimus Pater ob tot devotionis ac obsequii significationes istius Dioceseos. Ac in pignus peculiaris benevolentiae Sanctitas Sua lubentissime Excellentiae Vestrae ac fidelibus Tuae curae conceditis Apostolicam impertitur benedictionem.

Qui ceterum omni aestimatione ac observantia maneo

Excellentiae Vestrae

Addictissimus

A. Cardinalis Galimberti,

Pro-Nuntius Apostolicus.

Nunziatura Apostolica
Viennae Die 2. Martii 1893.

V.

**Erlaß der k. k. Statthalterei in Graz,
betreffend die Quittungen zur Behebung der Collecturablösungsbeträge.**

Die hochlöbliche k. k. Statthalterei in Graz hat unterm 24. Jänner 1893 Z. 2404 Nachstehendes anher mitgetheilt:

Aus Anlaß der mehrfach gemachten Wahrnehmung, daß die im Namen der Kirchenvorstellung ausgestellten Quittungen, mit welchen die in Durchführung der weiteren Grundentlastung eingezahlten Collecturablösungsbeträge und Zinsen für Kirchen und kirchliche Organe als Organist, Mesner und dgl. beboben werden, lediglich vom jeweiligen Pfarrer unterschrieben sind, wird in Erinnerung gebracht, daß nach den dormalen bestehenden, die Verwaltung des Kirchenvermögens regelnden Vorschriften die Kirchenvorstellung durch den jeweiligen Pfarrer oder Provisor und die beiden Kirchenpröbste (Kirchenkämmerer) gebildet wird, daher auch die im Namen der Kirchenvorstellung ausgestellten Quittungen von den bezeichneten Functionären zu unterfertigen sind.

Hiebei wird noch weiters darauf aufmerksam gemacht, daß sämtliche in Angelegenheit der Collecturablösung ausgestellten Quittungen auch von der betreffenden politischen Bezirksbehörde zu vidiren sind.

Für den k. k. Statthalter:

Chorinsky.

Wird den Wohllehw. Kirchenvorstellungen zur Darnachachtung hiemit zur Kenntniß gebracht.

VI.

**Erlaß des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht,
betreffend die Verrechnung der Landesgoldmünzen der Kronenwährung.**

ad 2595
C. U. M. ex 1892.

Laut hierortiger Kundmachung vom 1. November l. J. Z. 5845/F. M. (Wiener Zeitung vom 4. November 1892) ist mit der Ausgabe der Zwanzig-Kronenstücke österreichischen Gepräges am 7. November l. J. begonnen worden. Ebenso werden zufolge Kundmachung des königlich-ungarischen Finanz-Ministeriums vom 20. October 1892 Zwanzig-Kronenstücke ungarischen Gepräges ausgegeben.

Nach Artikel XVIII. des Gesetzes vom 2. August 1892 R.=G.=Bl. Nr. 127, können alle Zahlungen bei den Staats- und den übrigen öffentlichen Cassen und im Privatverkehr, welche gesetzlich in österreichischer Währung — sei es in klingender Münze oder nicht — zu leisten sind, in beiden Staatsgebieten nach Wahl des Schuldners in Landesgoldmünzen der Kronenwährung beiderlei Gepräges dergestalt geleistet werden, daß das Zwanzig-Kronenstück zum Werthe von zehn Gulden ö. W. und das Zehn-Kronenstück zum Werthe von fünf Gulden ö. W. gerechnet wird. Alle Empfänge und Zahlungen in Landesgoldmünzen sind daher zu diesen Werthen in österreichischer Währung zur Verrechnung zu bringen.

Zu Ausführung dieses Grundjages wird im Einvernehmen mit dem k. k. Obersten Rechnungshofe für die im Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder bestimmt, daß vom 1. Jänner 1893 angefangen in der zufolge Finanz-Ministerial-Erlasses vom 13. Juli 1877 Z. 3739, B.=Bl. Nr. 14, eröffneten Colonne für die Goldgebarung die Gebahrung mit Landesgoldmünzen zu den gesetzlichen Werthen in österreichischer Währung durchzuführen ist. Von diesem Tage angefangen ist auch der Cassawerth aller sonstigen zur Gebahrung gelangenden Goldmünzen mit dem Werthverhältnisse in Uebereinstimmung zu bringen, nach welchem das Zwanzig-Kronenstück gleich 10 fl. ö. W. und das Zehn-Kronenstück gleich 5 fl. ö. W. gerechnet wird. Es sind daher in Abänderung des Finanz-Ministerial-Erlasses vom 23. November 1870 Z. 3449, B.=Bl. Nr. 43, die auf Grund des Gesetzes vom 9. März 1870, R.=G.=Bl. Nr. 22, ausgeprägten Goldmünzen zu 8 fl. (20 Francs) mit 9 fl. 52 fr., jene zu 4 fl. (10 Francs) mit 4 fl. 76 fr. zu bewerthen, ferner wird in Abänderung des Finanz-Ministerial-Erlasses vom 18. Jänner 1879, Z. 398, B.=Bl. Nr. 9, der Cassawerth der Ducaten mit 5 fl. 64¹/₂ fr., jener der 20 Francs-Stücke mit 9 fl. 52 fr., jener der 10 Francs-Stücke mit 4 fl. 76 fr., jener der 5 Francs-Stücke mit 2 fl. 38 fr., der Cassawerth der 20 Markstücke mit 11 fl. 76 fr., der 10 Markstücke mit 5 fl. 88 fr. und der 5 Markstücke mit 2 fl. 94 fr. festgesetzt. Die Berechnung eines Münzgewinnes und beziehungsweise Münzverlustes findet weiterhin nur insofern statt, als sich ein solcher aus einer Differenz des gesetzlichen Werthes der Landesgoldmünzen in österreichischer Währung und des Curjes derselben an der Wiener Börse herausstellen sollte.

Die Verrechnung von Zahlungsverbindlichkeiten, welche in österreichischen oder ungarischen Goldgulden effectiv zu leisten sind, insbesondere der Zoll-Zahlungen hat nach dem Gesetze vom 2. August 1892 R.=G.=Bl. Nr. 128 auch weiterhin in Goldgulden zu deren Kennwerthe zu geschehen, es können jedoch diese Zahlungsverbindlichkeiten auch in Landesgoldmünzen der Kronenwährung erfüllt werden, wobei je 42 österreichische oder ungarische Goldgulden gleich 100 Kronen in Landesgoldmünzen zu rechnen sind. Die Differenzen, welche sich infolge dieser Verrechnung zwischen dem durch den Artikel XXIV des Gesetzes vom 2. August 1892 R.=G.=Bl. Nr. 126 festgesetzten Zahlwerthe der Landesgoldmünzen in österreichischer Währung (20 Kronen = 10 fl., 10 Kronen = 5 fl. ö. W.) und dem durch den Artikel II des Gesetzes vom 2. August 1892 R.=G.=Bl. Nr. 128, festgesetzten Zahlwerthe derselben bei Erfüllung von auf Goldgulden lautenden Verpflichtungen (20 Kronen = 8 fl. 40 fr., 10 Kronen = 4 fl. 20 fr. in Gold) ergeben, sind als Einnahmen und beziehungsweise Ausgaben aus dem Grunde der Differenz der gesetzlichen Bewerthung der Landesgoldmünzen nach Art. XXIV des Gesetzes vom 2. August 1892 R.=G.=Bl. Nr. 126, und nach Art. II des Gesetzes vom 2. August 1892 R.=G.=Bl. Nr. 128, unter einem besonderen Titel etatmäßig zu verrechnen.

Die Differenzen, welche sich zwischen dem mit der Verordnung der Ministerien der Finanzen und des Handels vom 27. December 1878 Z. 6295, B.=Bl. Nr. 45 festgesetzten Werthe der zu Zollzahlungen

verwendbaren Goldmünzen und dem obbezeichneten Werthe bei den Abfuhren in die Ländercassen beziehungsweise an die Staats-Central-Casse herausstellen, sind, wie bisher, im Finanzetat als außerordentliche Bedeckung sub Capitel „Zoll“ unter einem besonderen Titel als „Einnahmen aus der Tarifierung der zu Zollzahlungen verwendbaren Goldmünzen zu verrechnen.

Vergleichungs-Tabelle.

1 Ducaten	bei Zoll	4 fl.	74 kr.	bei Cassa	5 fl.	64 1/2 kr.
8 fl. Stück (20 Francs)	" "	8 "	— "	" "	9 "	52 "
4 fl. " (10 Francs)	" "	4 "	— "	" "	4 "	76 "
5 Francs-Stück	" "	2 "	— "	" "	2 "	38 "
20 Mark-Stück	" "	9 "	88 "	" "	11 "	76 "
10 Mark-Stück	" "	4 "	94 "	" "	5 "	88 "
5 Mark-Stück	" "	2 "	47 "	" "	2 "	94 "

Die hochlöbl. k. k. Statthalterei in Graz hat obigen Erlaß unterm 9. März 1893, Z. 3398 anher mit dem Bemerken mitgetheilt, daß vom k. k. Finanz-Ministerium im Einvernehmen mit dem k. k. Obersten Rechnungshofe für die im Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder in Durchführung der Gesetze vom 2. August 1892, R.-G.-Bl. Nr. 126, 127 und 128 und in weiterer Ausführung der Verfügung des k. k. Finanz-Ministeriums vom 29. December 1892 Z. 7004/F. M. eine allgemeine Vorschrift für die k. k. Cassen und Aemter, dann die k. k. Rechnungs- und Controlbehörden erlassen wurde, welche in dem Verordnungsblatte für den Dienstbereich des erwähnten Ministeriums vom 26. Jänner l. J., Z. 3, Seite 9, enthalten ist.

VII.

Erlaß der k. k. Statthalterei in Graz

in Betreff der Legitimation der Kinder im Auslande getrauter Eltern.

Unterm 11. März 1893, Z. 6196 erhielt das F.-B. Ordinariat von der hochlöbl. k. k. Statthalterei in Graz folgendes Schreiben:

Anlässlich eines speziellen Falles hat das hohe k. k. Ministerium des Innern im Einvernehmen mit dem hohen k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht in Angelegenheit der Durchführung von Legitimationen in den diesländigen Matriken in solchen Fällen, in welchen die Ehe der Kindeseltern im Auslande geschlossen worden ist, die Kindeseltern im Auslande wohnen, um die Vaterschaftserklärung vor einer ausländigen Behörde in dem vorliegenden Falle vor dem Civilstandsamte in Lausanne Schweiz abgegeben wurde, laut des Erlasses vom 5. December 1892, Z. 17.325 Nachstehendes anher eröffnet.

Bei Abgabe der behufs Eintragung der Legitimation eines vorehelichen in Oesterreich geborenen Kindes durch die nachfolgte Ehe der Eltern in das Geburtsbuch erforderlichen Erklärungen der Eltern, kann, wenn diese im Auslande wohnen, nicht die Beobachtung der hierlands geltenden diesbezüglichen Vorschriften gefordert werden, sondern hat das Begehren um Legitimationsvertheilung, beziehungsweise die Abgabe der erforderlichen Erklärungen in der Form und bei jener Behörde zu erfolgen, wie dies in dem Lande, wo die Eltern ihren Wohnort haben, gesetzlich vorgeschrieben ist.

Nach den Bestimmungen des schweizerischen Bundesgesetzes vom 24. December 1874, betreffend die Feststellung und Beurkundung des Civilstandes und die Ehe, haben, sofern voreheliche Kinder durch die nachfolgende Ehe legitimirt werden, die Eltern diese Kinder dem Civilstandsbeamten ihres Wohnortes anzuzeigen und erscheint dieser berufen, die erforderlichen Erklärungen unter Beobachtung der dortlands bestehenden Vorschriften entgegenzunehmen, beziehungsweise die Legitimationsurkunde zu errichten und die Anmerkung der erfolgten Legitimation in dem betreffenden Geburtsbuche zu veranlassen.

Es unterliegt daher auch in dem vorliegenden Falle die Anmerkung der stattgefundenen Legitimation des obengedachten Kindes in der Geburtsmatrik der Pfarre, in welcher dieser Geburtsfall eingetragen ist, auf Grund der vorliegenden beglaubigten Mittheilung des Civilstandsbeamten in Lausanne vom 25. Februar 1892 in der Voraussetzung keinem Anstande, daß die im Geburtsbuche enthaltenen Daten mit jenen in der ämtlichen Mittheilung übereinstimmen.

Hievon werden die Wohllehw. Pfarrämter zur Wissenschaft in Kenntniß gesetzt.

VIII.

Zuschrift der k. k. Central-Commission für Kunst- und historische Denkmale in Wien betreffend die Veräußerung kirchlicher Alterthümer an herumreisende Kunsthändler.

Von der k. k. Central-Commission für Kunst- und historische Denkmale wird unter dem 10. März l. J., Z. 225, Folgendes anher mitgetheilt:

„Der k. k. Central-Commission für Kunst- und historische Denkmale ist die ganz verlässliche Nachricht zugekommen, daß ein Antiquar, Namens Guggenheim, in Lindau etablirt ist, welcher systematische Streifzüge in den österreichischen Klöstern und Pfarrkirchen anstellt und dabei mit Empfehlungsschreiben ausgerüstet ist, worin ihn die bairischen Klöster u. s. w. an den österreichischen Clerus recommendiren. Dieser Mann kauft, wie so manche Andere es vor ihm gethan, vom Clerus alte, aber kunstwerthige und werthvolle Gegenstände oder tauscht sie gegen geringen Geldbetrag oder recht werthlose, aber äußerlich glitzernde und glänzende Gegengaben ein.

Der traurigen Beispiele giebt es genug. Doch um eines anzuführen, sei des berühmten gothischen Kirchenlusters in Murau gedacht, der gegen Ueberlassung eines modernen herausgelockt wurde, jenes bekannte Prachtstück, das durch viele Hände zu immer erhöhten Preisen ging, um endlich in einer Wiener Sammlung einen vorläufigen Ruhepunkt zu finden.

Die Central-Commission bringt diese Nachricht zur Kenntniß des hochwürdigsten Ordinariates, weil dieselbe auf diesen Unfug, auf diesen unwürdigen Antiquitätenhändler aufmerksam machen will und gerne erreichen würde, daß die Klöster und Pfarrherren, wie überhaupt der gesammte Clerus vor solchen Kauflustigen gewarnt werden, die in den betreffenden kirchlichen Objecten nichts als eine Marktwaare sehen und darin ein Geschäft mit entsprechendem Nutzen machen wollen.“

Demgemäß wird dem Wohllehwürdigen Diöcesan-Clerus neuerlich eingeschärft, von Veräußerungen kirchlicher Alterthümer und Kunstwerthstücke insbesondere an Private und herumreisende sogen. Kunsthändler sich gänzlich zu enthalten.

Die Herren Kirchenvorsteher werden auf ihre Verantwortlichkeit für die Erhaltung des Besitzstandes der ihnen anvertrauten Kirchen aufmerksam gemacht, den einzelnen Kirchen erwächst durch solche Verkäufe gewiß kein Nutzen, sondern ein entschiedener Schaden. Desgleichen leidet dadurch Land und Reich, von der Schädigung des Ansehens der Kirche selbst nicht zu reden, wenn sie ihre Kostbarkeiten und werthvollen Erinnerungen, Widmungsstücke, Geschenke u. s. w. gegen schlechte Zahlung oder noch schlechteren Tausch hintan gibt.

IX.

Classification

der Böglinge des fürstbischöflichen Anaben-Seminars „Maximilianum Victorinum“
Ende des Schuljahres 1891/92.

Post- nummer	Name	Klasse	Geburtsort	Ab- theilung	Fort- gang	Anmerkung
1	Gobec Joſef	VIII.	Kohitsch	Max.	Vorzug	reif mit Auszeichnung.
2	Hauptmann Ignaz	"	Maria in der Wüſte	Witt.	I.	reif.
3	Koroſec Anton	"	St. Georgen a. d. Stainz	"	I.	reif.
4	Schreiner Franz	"	Hl. Kreuz bei Luttenberg	"	—	frank.
5	Sanda Johann	"	Kohitsch	Max.	I.	reif.
6	Bohak Franz	VII.	Pöltſchach	"	I.	
7	Hohnjec Joſef	"	St. Peter bei Königsberg	"	Vorzug	
8	Jančič Johann	"	Laporje	"	I.	
9	Krule Franz	"	Rann	"	I.	
10	Pečar Moiſ	"	Gams	Witt.	I.	
11	Somrek Joſef	"	Čadram	Max.	I.	
12	Trop Franz	"	Friedau	Witt.	I.	
13	Ferne Gotthard	VI.	St. Gotthard in Krain	Max.	I.	
14	Jerovšek Anton	"	Wind.-Feiſtritz	"	Vorzug	
15	Jurko Johann	"	St. Lorenzen in W.-B.	Witt.	I.	
16	Kolarič Anton	"	St. Margen	"	I.	
17	Krošel Franz	"	Kapellen bei Rann	Max.	I.	
18	Kurnik Max	"	St. Anna am Kriechenberg	Witt.	II.	
19	Noroglav Friedrich	"	Marburg	Max.	Vorzug	
20	Ozvalt Karl	"	Polſterau	Witt.	I.	
21	Rakuš Johann	"	Pettau	"	I.	
22	Koroſec Moiſ	V.	Hl. Kreuz bei Luttenberg	"	I.	
23	Krener Rudolf	"	Tüſſer	Max.	I.	
24	Kukovec Florian	"	Großſonntag	Witt.	Vorzug	
25	Majcen Martin	"	Polenſak	"	I.	
26	Ozvačič Franz	"	St. Lorenzen in W.-B.	"	I.	
27	Skerbs Roman	"	Maria-Raſt	"	I.	
28	Stegenšek Auguſt	"	St. Leonhard bei Tüſſer	Max.	Vorzug	
29	Zičkar Markuſ	"	Lichtenwald	"	"	
30	Leskovar Joſef	IV.	Čadram	"	I.	I. Preis a. d. ſteier. Geſch.
31	Bosina Johann	III.	Dobova	"	I.	
32	Kukovec Moiſ	"	St. Thomas b. Großſonntag	Witt.	Vorzug	
33	Kurbos Ignaz	"	St. Ruprecht in W.-B.	"	I.	
34	Potrč Moiſ	"	St. Urban bei Pettau	"	I.	
35	Slavič Mathiaſ	"	Hl. Kreuz bei Luttenberg	"	Vorzug	
36	Vajda Franz	"	St. Margen	"	"	
37	Vargason Matthäuſ	"	Polſterau	"	"	
38	Cvetkovič Franz	II.	Dobova	Max.	"	
39	Jamšek Franz	"	Reichenburg	"	I.	
40	Krajnc Andreaſ	"	St. Georgen a. d. Stainz	Witt.	Vorzug	
41	Lovrec Andreaſ	"	St. Lorenzen in W.-B.	"	I.	

X.

Diöcesan-Nachrichten.

Ernennung: Se. Majestät der Kaiser hat mit Allerhöchster Entschliehung vom 2. März l. J. den P. T. Monsignore Franz Kosar, Hausprälat Sr. päpstl. Heiligkeit, F.-B. Konsistorialrath, Canonicus senior am F.-B. Lavanter Domkapitel, zum insul. Domdechant ebengenannten Kapitels ernannt.

Ernannt wurde Herr Josef Kralj, Pfarrer in Sauritsch, zum Dechant des gleichnamigen Dekanates.

Investirt wurden: Herr Josef Kralj, Pfarrer in Maria Wüste, auf die Pfarre Sauritsch, Herr Franz Marković, Kaplan in Kleinsonntag, auf die Pfarre St. Barbara bei Ankenstein, Herr Martin Kralj, Kaplan in St. Johann am Draufelde, auf die Pfarre St. Andra in Leskovec, Herr Franz Cizej, Pfarrer in Gairach, auf die Pfarre St. Martin bei Schalleck und Herr Georg Purgaj auf die Pfarre Stoperzen.

Bestellt wurden: Herr Georg Selih als Provisor in Maria Wüste, Herr Josef Dekorti als Provisor in Gairach und Herr Johann Wolf als Provisor in Zabukovje.

Wiederangestellt wurden als Kapläne die Provisoren: Herr Andreas Keček in Kötsch, Herr Mojs Vojsk in Kleinsonntag, Herr Josef Ozmec in Sauritsch und Herr Mojs Soba in Bischez.

Uebersetzt wurden die Herren Kapläne: Josef Mlasko nach St. Johann am Draufelde, Jakob Tajek nach Saldenhofen, Franz Brglez jun. nach Windisch-Feistritz, Barthelmä Bogataj nach Tüffer, Anton Sebat nach St. Jakob in Dol und Johann Dobersek nach St. Georgen unterm Labor.

Zu den dauernden Ruhestand sind getreten: Herr Johann Antolič, Pfarrer in Maria Neustift bei Pettau und Herr Jakob Kosar, Pfarrer in Oberpulsau.

Gestorben sind: Herr Martin Kolenko, pens. Pfarrer von St. Ulrich in Podgorje, zu St. Martin bei Wurmberg, am 12. März im 51. und Herr Mojs Urban, Defizientpriester, zu Heluan in Aegypten am 24. März im 28. Lebensjahre.

Unbesetzt sind geblieben die Kaplaneien zu St. Andra in Leskovec, zu St. Martin bei Schalleck, zu St. Xaveri bei Oberburg und der zweite Kaplansposten in Weitenstein.

F. B. Lavanter Ordinariat in Marburg,

am 31. März 1893.

† **Michael,**
Fürstbischof.